et aliis subsequen[tibus] nullis modis colloribus dilatione ad quietationem mortificationem inscriptionis praesentis ac actione pro maiori vera vel simplici infirmitatibus evasionibus provocationibus suspensionibus per nobis tein et tertium mercatum bello expeditione bellica incursu hostis conventione generali et particulari ac legalibus quibusvis impedimentis motionibus denique et appellationibus a earum prosequutione differendo et tenendo Imo sese cum successoribus praemissis aliisque omnibus iuris remediis abrenunciando sive ex forum ficendo sub amissione totius causae restitutione vadii quae soluto utriusque inscriptionis praesentis quo opus fuerit satisfacere cum successoribus tenebitur nulla iuris ...tis [illegible] obstante Quod memoriali firmatum est.

Idem quietat Turecz[k]i

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus Pre[mislien]sibus Nobilis Bernardus Naidahowsky de Naidaha in villis Popieli et Kotkow sortibus suis heres recedendo a suo proprio
1474 et competenti foro praesenti iuridictione se cum successoribus ac bonis suis omnibus quo ad hunc actum attinet subijciendo sanus mente et corpore existens per se ultro ac sponte expresse recognovit Quod a Nobili Stenko Tureczky summam Quadringentorum florenorum pecuniae monetae currentis polonicalis sibi per eum a actis praesentibus premisliensibus modo obligatam in certa sorte villae Vnatycze inscriptam extincte quo recepit et confessionaliter levavit Ratione cuius receptae et levatae ipsum et eius successores de summa praedicta quietat perpetuis temporibus inscriptionemque praesentem sibi ab eodem super summa et bona praedicta factam cum omnibus conditionibus punctis clausulis articulis cassat annihilat mortificat obliterat tempori-

bus perpetuis Atque bonis praedictis ea ipsa summa onerata in ex nunc eidem Stenko Tureczky a praedictis illius cedit et condescendit temporibus aeternis sibique successoribus praedictis tone ... silentium imponendo aeternum per praesentem recognitionem mediante

Vnaticzki quietat Stupniczki

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus Nobilis Iwan Vnaticzky Piotrowicz recedendo a suo proprio et competenti foro praesenti iuridictioni se cum successoribus ac bonis suis quo ad actum praesentem attinet subijciendo sanus mente et corpore existens per se ultro ac sponte expresse recognovit Quod a Nobili Fiedor Stupniczky summam Quadringentorum et Quinquaginta florenorum pecuniae polonicalis sibi per eum actis praesentibus [illegible] sorte villae Stupnicza [illegible] recepit et confessionaliter levavit Ratione cuius receptae et levatae ipsum et eius successores de summa praedicta quietat liberumque ac immunem ipsum eius successoribus facit et pronunciat perpetuis inscriptionemque sibi ab eodem super summam et bona praedicta servientem cum omnibus conditionibus punctis clausulis articulis [illegible] mortificat obliterat Atque bonis praedictis summa praedicta onerata tam ex nunc eidem Fiedor Stupniczky a praedictis illius condescendit temporibus 147
perpetuis sibique et suis posteris ... perpetuum silentium imponendo aeternum.

Stupniczki quietat Tureczki

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus Nobilis Fiedor Stupniczky Jazlowicz recedendo a suo proprio et competenti foro praesenti iuridictioni se cum